

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput IIII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Chy

pitis partem illustrandam, integra doctrina de humilitate & modestia, & de sedulitate, ac de fugienda ambitione, superbia & πολυπειρωσσί: ex enarratione virtutum primi & quarti præcepti Decalogi. *Fili mihi demissum te gerere, accommoda te humilibus.* Sis humilis & modeste contineas te intra metas tuæ vocationis. Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

Quo maiores.]

Quo quisque est maior, magis est placabilis ira,
Et faciles motus mens generosa capit.

Seneca. *Nihil magnum est, quod non idem sit placidum.*

Dominus fauebit tibi. 1. Pet. 5. Deus superbis resistit, Humilibus autem dat gratiam. Gregorius: In pelago Scipturæ, elephas natat, & agnus peditat. 2. Corinth. 12. Virtus mea per infirmitatem perficitur.

Ne ambias subinde conditionem splendidiorem.]

Vt si bus edocet si quidquam credis amico,

Viue tibi: & longè nomina magna fuge.

Viue tibi, quantumq; potes prelustria vita:

Secundum prelustri fulmen ab arce venit.

Sis asinus, quemcunque asinum sors aspera fecit:

Qui placide sortem ferre scit, ille sapit.

Qui amat periculum, peribit in illo. Πολυπειρωσσοι erumpentes extra sui officij metas, & maiora viribus extra vocationem suscipientes, turbant ecclesiam & Rempublicam, & sibi ac alijs tristissimas calamitates accersunt, ut Munzerus concionator regens curiam & mouens seditionem rusticorum, interficitur. Antonius appetens totum imperium & inferens bellum Augusto, vincitur, & sibi ipsi mortem consciscit. Dux Moscouie invadens bello principem Tartaricum, capitur, & ex intersecti crano poculum fit, cum hac inscriptione: *Hic aliena appetendo, propria amisit.* Scholastici noctu vagantes & tumultuantes in plateis, vulnera, carcerem, vel alia incommoda sibi sponte accersunt, & αὐτοὶ γένηται τίμωτα ἔχον.

Caput IIII.

O M O prudens libenter dicit verbum Dei, & qui amat sapientiam diligens auditor est. Non alter atq; aqua ignem extinguit: Ita Eleemosyna extinguit peccatum, & summus remunerator postea suo tempore memor erit, & in rebus aduersis sustentabit beneficium. *Fili, noli deserere in necessitate pauperem, neq; durus sis erga egenum.* *Ne auerteris esurientem, neq; contristainopem in egestate sua.* Contristato & mœsto animo ne auge mororem, neq; munus tuum subtrahē à paupere. *Petitionem afflictū ne rejicias, & faciem tuam ne auerte à paupere.* Ne auerte

Beneficentia
erga paupe-
res.

auerte oculos tuos ab inope, ne conqueratur de te. Qui fecit il-
lum, audit orationem eius, quando sic conturbatus in corde de te
conqueritur. Ne sis contentiosus in iudicio, & Iudicem tra-
cta reuerenter. Patienter audi pauperem, sedate & benevolè re-
ponde ei. Eripe eum, cui vis infertur, ab eo qui afficit cum in-
uria. Infracto animo esto in iudicio latus sententiam. Erga
orphanos gere te tanquam patrem, & erga matrem eorum tan-
quam patrem familias. Sic filius tenellus eris altissimi vicissim,
& dulcior te complectetur, quam mater tua.

Sapientia euehit & exaltat filios suos, & suscipit quarentes
ipsam. Qui diligit eam, diligit vitam, & qui accurate inquisierit e-
am, ingenti latitia perfruetur. Qui tenaciter adharet ei, plurimum
honoris consequetur, & quicquid inceperit, hoc fortunabit Dominus.
Qui honorem habet verbo Dei, hic summum cultum
prafiat Deo, & qui diligit illud, hunc & certo diligit Deus.
Qui obsequitur sapientia, hic docere potest illos, & qui adharet
eis, in tuto habitabit. Homo sincerus nanciscetur eam, & poste-
rius agent feliciter. Quamvis autem ipsa initio aliter se ge-
rit erga eum, coniicitq; in angustiam & mœstiam, probans eum,
serula sua tentans sub disciplina sua, donec inueniat sincerum, ta-
men rursum obuia veniet illi in via recta, latificans eum, secre-
tum suum reuelabit ei. Si autem hypocritam inuenerit, deseret
eum, ut ruat & intereat.

Fili mi, obserua tempus, caue tibi à causis iniquis. Ne pude-
at te pro anima tua quod iustum est fateri. Nam & pudendo
peccari potest, & pudendo gratiam & honorem consequi potes.
Neressicias personam in damnum tuum, neque terreat te quis-
quam in perditionem tuam. Sed intrepide testare quod iustum
est, cum agitur de adiuuando proximo tuo. Nam per eiusmodi
confessionem patefiet ius & veritas. Ne reclames veritati,
sed perfer pudorem, si quo in negotio aberraris. Non pudeat te
confiteri, ubi titubaris, & contra aduersum flumen ne contendere. Docilitas.
Patrocinari stulto in causa sua noli, & potentiam ipsius ne re-
sixeris. Veritatem propugna etiam cum periculo vita, & Do- Veritas.
minus Deus dimicabit pro te. Ne sis quemadmodum hi, Beneficentia,
qui verbis prolixè pollicentur, & postea factis nihil prestant,
Ne sis

Studium sa-
pientiae seu
verbi Dei,
Iohan. 14.
Si quis dili-
git me, ver-
bum meum
seruabit, &c.

Ne sis sicut Leo in domo tua, neq; tyrannicè tracta familiam tuam. Non sit manus tua aperta ad accipiendum, clausa vero ad donandum.

Chy
Beneficentia.

Prima sententia de studio verbi Dei seu doctrinæ diuinitus traditæ loquitur, per quod solum Deus veram sui agnitionem & pietatem veram & salutem æternam nobis impertit: & admonet, non epicureos contempores doctrinæ, sed sapientes auditores, in quibus initia veræ agnitionis & timoris Dei accensa sunt, à Deo diligi, & proficere, sicut Christus inquit: Habenti dabitur. Item: Dabit Spiritum sanctum peccantibus. Congruit autem prima sententia huius capituli cum primo Psalmo, Beatus vir, qui verbo Domini delectatur, & qui verbum eius meditatur die & nocte. & cum Psal. 119. Beati immaculati in via.

Non aliter atq; aqua ignem extinguit, Ita Eleemosyna extinguit peccatum.
I I. loco de ELEEMOSYNIS seu BENEFICENTIA ERGA PAUPERES concionatur: Quæ virtus ad septimum & quintum præceptum pertinet: qua nullius corpori, vitæ aut bonis malefacimus, sed gratuita bonitate & amore, alijs hominibus nostra ope indigentibus, nostra bona, & doctrinam, consilium, defensionem, victum, pecuniam, vel alia communiamus, vbi, & quando, & quibus decet, & mediocritatem efficiamus inter profusionem & fordes. Significat autem Eleemosyna propriæ misericordiam (à verbo ἐλεη) quæ est miserijs & calamitatibus aliorum, præfertim bonorum aut seductorum hominum, vero corde affici, & propter Deum ac bonitatem naturæ humanæ conuenientem, lenire & depellere alijs miseras, & benefacere. Complectitur enim vocabulum Misericordia in Prophetis, omnia beneficia, quibus alijs benefacimus, seu omnia officia dilectionis erga proximum, Ose. 6. Misericordiam volo, & non sacrificium. Hinc usitatissima phrasis est: Fecit mecum misericordiam, id est, beneficet mihi. Recitauimus autem methodicas harum virtutum explications, in septimo & quinto præcepto Decalogi, & passim extant de ijs mandata & promissiones præriorum amplissimæ, Ebræ. 13. Esa. 58. Matth. 10. 25. 6. Luc. 6. 2. Corinth. 8. & 9. Candide eriam & dextrè intelligantur encomia beneficentiae, in hoc secundo & tertio capite Syracidae θεολογικæ exaggerata. Non enim Eleemosynæ, sed solus sanguis & obedientia filii Dei Domini nostri Iesu Christi, extinguit peccatum, & emundat nos ab omni iniquitate, quod ad culpam & poenam æternam attinet. Interea tamen placet Deo incoata obedientia in reconciliatis Fide propter Christum, & impetrat mitigationem poenarum peccati in hac vita, & alia præmia præfentia & æterna. Et communicatio veræ euangelij doctrinæ, & cohortationes ad agendum poenitentiam & credendum euangelio assidue, quas sumum beneficium esse non dubium est, multorum etiam hominum, qui ad Deum conuertuntur, peccata extinguunt & delent, non quod ad meritum & efficaciam, sed tantum quod ad ministerium attinet. Cumque Iesu Syracida liber sit δοῦλος φατού, nulla inde testimonia ad labefactandum & cuerendum dogmata euangelij propria, quæ in alijs Canonicis scripturæ libris tradita sunt, peti possunt. Dominus summus remunerator, possea suo tempore memor erit. Ecclesi. 11. Sparge panem tuum super aquas, & in tempore opportuno inuenies eum. Patienter audi pauperem, sedate & benevolè reponde ei. Mz.

¶ Magistratus & Iudices vult comes seu affabiles, & iustos defensores ac beneficos esse erga pauperes, & orphanos ac viduas præcipue, qui alioquin humanis præsidijs maxima ex parte destituti sunt, vt Psalm. 10. dicitur: Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Esa. 1. Discite benefacere, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam.

Obseruetur etiam dulcissima & amplissima promissio, patronis orpharorum & viduarum, hoc loco proposita: Tunc eris Filius altissimi, & Deus diligit te magis quam diligit te mater tua. Nihil enim potest promitti manus amore Dei tanto erga nos, qui superet maternam σοργήν, quæ est ardentissima.

Sapientia enebit & exaltat Filios suos. III. Rursum adhortatur nos ad amorem & studium sapientiae, seu veræ pietatis obedientis Deo iuxta illius verbum. Planè autem congruit cum dicto Christi, Iohan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. *Initio conicit in angustiam & molestiam.* Huc accommodari possunt versus Hesiodi, quos omnis veteritas admirata est:

Tῆς δέετης ἴδεωτα θεός πεσπάρθιθεν ἔθηκε
Αἴβατος, μανῆς δὲ καὶ ἔχεις οἷμος ἐπ' αὐτῶν.
Καὶ τεγχύς τὸ πέωτον, ἐπιλόγης ἐστιν ἀνδροίκης,
Πνεύμα μὲν ἐπέτα τελέος, χαλεπής τερψίς.
Virtutem Deus ipse locat fidore parandam,
Adq. ipsam via longa homines atq. ardua ducit:
Difficilisq. aditus primò, sed summa tenenti,
Plana deinde via est, fuerit licet ante molesta.

Fili mi, cane tibi à causis iniquis, ne pudeat te pro anima tua quod iustum est faceri. ¶ IIII. De constantia in confessione præcipit, quæ est, veram doctrinam, & rectas sententias, & iustas causas, testimonio vocis & patrocinio nostro constanter tueri, & propugnare: nec ullius hominis potentia, terroribus, odijs, vel gratia moueri, vt vel falsæ doctrinæ & iuste cause patrocinemur, vel veritatis & iustitiae confessionem & patrocinium deseramus. Hæc virtus necessarium præsidium & munimentum est omnium virtutum cæterarum, & ad secundum & octauum præceptum pertinet, complectiturq; Veritatem, iustitiam, confessionem, constantiam, dolelitatem & vicinas virtutes, quarum explicatio ex decalogo repetatur. Sit autem initio mens certa de veritate, ne propter falsæ aut fanaticæ doctrinæ aut iuste cause defensionem, periculum subeat, & Reipublicam turbet. Ideo omnium primum iubet caueri sibi à causis iniquis. *Nepudeat te pro anima tua, quod iustum est faceri.* vt Paulus inquit: Non pudet me Euangelii. Iohannes Baptista Herodi veritatem dicit. Demaratus Xerxi: καίπερ δέ
την θυσίαν Θεού, ὅτι ἀληθή γεώμενος & φίλα τῷ βασιλεῖ εἰσόδη, etiamsi ante orationis initium sciebat, se veritate utentem, Regi grata dicturum non esse. *Nec respicias personam in damnum tui.* Αμφοῖν γδ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον πεστιμάντων ἀληθεῖαν. Cum vterq; & præceptor & veritas, amicus sit, tamen iustum est veritatem anteferriri. *Neg. terreat te quisquam,* vt Hieremias nullis terroribus, aut supplicijs frangi potest, vt Zedechiæ regi bellum suadeat. *Nec reclames veritati, sed perfer pudorem,* si quo in negotio aberraris. Docilitas est virtus, qua frenantur animi, ne arroganter de se sentiant, nec superbe contemnant aliorum iudicia, sed recte monentes & docentes audiant, & con-

Chy

& conuicti veris argumentis libenter cedant, & fateantur errorem, & simul victor & victus Deo pro inuenta veritate gratias agant, vt Augustinus de multis doctrinæ Christianæ partibus, suos errores confitetur in libris tractationum & confessionum. Hippocrates ingenuè fatetur suturas humani capitum sibi ignotas fuisse. Huc pertinent dicta: Cur nescire pudens prauè, quam discere malo. Errare humanum est, perseverare in erroribus Diabolicum. εγώ πάντως τούς οὐρανούς λέγοντι μη συγχωρεῖν. Non fas est recte dicenti non assentiri. Item: τὰ μὲν ἀπόθεμα, τὰ δὲ ἀπόθεμα. Quædam persuadens, in quibusdam sibi persuaderi sinens.

Ne sis, ut hi qui verbis prolixè pollicentur, Ne sis, sicut Leo in domo tua, Non sit manus tua aperta ad accipendum. Postremæ tres sententiae, Primo leuitatem promissionum, pugnantem cum veritate: Secundo, Tyrannidem in familia, pugnantem cum humanitate & mansuetudine: Tertio, Sordes seu avaritiam, pugnantem cum beneficentia, prohibent. Sed pietas, Pudor, Fides, Priuata bona sunt: qua iuuat reges eunt.

Caput V.

Fiducia opū.

Securitas
carnalis.Poenitentiam
mature age.

Constantia.

Veritas.
Grauitas.

O L I confidere in opibus tuis, & ne cogita, sat habeo pro me, constabili res meas. Non geras quicquam secundum libidinem tuam, et iam si possis. Non indulgeas cupiditatibus. Ne cogitaueris: Quis potest me prohibere? Dominus enim uindex ille supremus uiscisetur. Vide ne cogires, tamen antea quoq; peccavi. Nam Dominus quidem patiens est, impunem tamen non dimitet. Non sis adeo securus, et iam si ad peccata aliquandis Deus connueat, ut porro pergas peccare. Noli cogitare, Deus valde est misericors, non sumet poenas quantumcumq; peccatum. Breui potest tam in ardescere ira, quam est misericors, & aduersus impios ingens omnino & infinita est ira eius. Ne diffidat conuerti ad Dominum, neq; hoc extrahas de die in diem. Ira enim illius subito ingruit, uiscisetur id, & perdet te. Ne confidas in opibus male partis. Neq; enim prosunt quicquam in hora temptationum. Ne agiteris a quo quis vento, neq; quando semitam sequaris, quemadmodum animi parum constantes faciunt: Sed sis constans in verbo tuo, & sanam doctrinam retine. Sis paratus ad audiendum, & responde quod rectum est, neq; precipitanter agas quicquam. Si intelligis satis causam, edocero proximum tuum. Sin minus, occlude os tuum. Loqui

enim